



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iudicium Philippi Melanthonis De Controversia Coenae
Domini**

Melanchthon, Philipp

Ratisponae, 1560

VD16 M 3533

Textvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29449

Cæterum Ieremias & ipse audiebat : Vir rixarum & discordiarum, arguendo idolatriam & peccata populi. Nec patiebatur vero silentium sibi imponi, quod idem et Apostoli fecerunt.

(L) ABESSE) Agnosce, Heshus, tuum persecutorem.

TEXTVS.

SEcundo remotis contentiosis, prodest reliquos de vna
(M) forma verborum conuenire. Et in hac contro-
uersia optimum esset retinere verba (N) Pauli : Panis,
quem frangimus, κοινωνία ἐσι τὸ σῶματος: Et copiose de
fructu Coenæ dicendum est, vt inuitentur homines ad
amorem huius pignoris, & crebrum usum: Et vocabu-
lum κοινωνία declarandum est. Non dicit (O) mutari na-
turam panis, vt Papistæ dicunt: Non dicit vt (P) Bre-
menses : Panem esse substantiale corpus Christi : Non
dicit vt Heshusius, Panem esse verum corpus Christi: sed
esse κοινωνίαν, id est, hoc quo sit consociatio cum corpore
(Q) Christi, quæ sit in usu, & (R) quidem non sine cogi-
tatione, vt cum Mures panem rodunt.

SCHOLIA.

(M) FORMA VERBORVM) Nouum & hoc
genus concordiae, de formaverborū conuenire, vt omni-
bus de re nondum conueniat, donec & hoc perficiatur, &
obtineat error.

Aut veteris illius Arianae similem concordiam esse
volunt, qua inita simili forma verborum, Ariana pars
pulchre imponebat parti Orthodoxæ: Et erant nouissi-
ma peiora prioribus.

A 4

VERBA